MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 81r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



multa mirabilia faciebat et multa alia loca in quibus
multi sancti degerent et spa[illegible] sanctus Zyzaminus et sanctus
Mimina qui ortus erat de almania que greca
pro liberatione apostematum devote et maxime coniter
solent invocare Hylarius Zyzaminus Mimina //
De vinea Engadi In eadem dyocesi paphesi est
vinea engadi cuius similis non est in mundo hec
vinea est in altissimo monte sita habens in longitudine
et latitudine duo miliaria undique rupe altissima
et muro cincta et in una parte habet accessum artissimum
et desuper planissima per totum In hac vinea varii
et diversi generis crescunt vites et botri quarum quedam
producunt uvas in modum prunellarum magnas et alie
producunt uvas in modum pisarum parvas Aliqui vites
producunt uvas in modum urne magnas et alie bo
tros parvissimos et aliqui vites producunt botros albos
et alie nigros et aliqui botros rubeos et aliqui vites
producunt uvas sine granis et alie uvas in modum
grandinis oblongas et perspicuas et quam plurima alia
genera botrorum et uvarum crescunt in hac vinea. Hec
vinea quondam fuit templariorum sed nunc est fratrum hos
pitalis sancti iohannis de Rodo Et temporibus templariorum sper
centum solam .i. sarracenum capti erant in ea quibus
aliqua opera ut onera non imponebantur nisi quod ipsam
vineam mundarent et custodirent et a pluribus valde
expertis hominibus audivi quod sub sole non sit pulchior